

**Zeitschrift:** Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins  
Zentralschweiz

**Herausgeber:** Historischer Verein Zentralschweiz

**Band:** 1 (1843)

**Artikel:** Beiträge zur Geschichte der Kreuzzüge gegen die Mongolen im XIII.  
Jahrhundert : zunächst für das Bisthum Constanz

**Autor:** Bernet, Xaver

**DOI:** <https://doi.org/10.5169/seals-109154>

### **Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. [Siehe Rechtliche Hinweise.](#)

### **Conditions d'utilisation**

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. [Voir Informations légales.](#)

### **Terms of use**

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. [See Legal notice.](#)

**Download PDF:** 19.05.2025

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>**

# A.

## Beiträge zur Geschichte der Kreuzzüge

gegen die Mongolen

im XIII. Jahrhundert;

(zunächst für das Bisthum Constanz.)

---

Von Xaver Bernet.

---

1.

1243, 25 April.

(Archiv der mindern Brüder; jetzt Staatsarchiv Lucern.)

H. Dei gratia Constantiensis Ecclesie episcopus. ¶ Dilectis A. in Christo fratri Anselmo custodi minorum fratrum super lacum. et fratribus ejusdem custodie salutem in domino.

Licet igitur dominus archiepiscopus | Maguntinus secundum B. prudentiam sibi a deo datam multa statuta de consilio principum ediderit negotio crucis contra tartaros plurimum profutura. tamen quia tale ac tantum negoci|um multam requirit auctoritatem in hiis qui predicant verbum crucis. multamque requirit latitudinem

---

4) Ueber diesen Bischof, Heinrich von Thann, vergleiche: *Codex diplomaticus* edid. T. Neugart Tom. II. S. 168—195. Königs Reichsarchiv *specilegium eccles.* II. Thl. S. 159; und *Continuatio* S. 515. — Im Staatsarchive Lucern das Archiv der mindern Brüder, vier Urkunden aus dem Jahr 1243. — In der Stadtbibliothek Lucern: Balthasars historische Nachrichten. Msc. No. 15, S. 59, 60. In der Kantonsbibliothek dafelbst: *Chronica Provinciae Argentinensis*, Msc. S. 248. — *Ischudi Chronicon.* I. Bd. S. 129, 133, 143. — *Pistorius, scriptores rer. germanicar.* Tom. III. S. 746. — *Schreiber, H., Urkundenbuch der Stadt Freiburg I.* Bd. 1. Abtheil. S. 48. — *Von Urz, Geschichte von St. Gallen.* I. Bd. S. 357.

in statutis. nos uolentes ut negocium predictum inoffenso pede currat in nostra dyocesi. et per dei gratiam fructum afferat copiosum. damus uobis plenariam potestatem predicandi crucem et absoluendi omnes excommunicatos. tam illos quorum absolutio ad nos pertinet. quam etiam illos quorum absolutio dominus papa sibi specialiter reseruauit. Quod autem hoc ultimum pro tanta necessitate ecclesie facere possimus. rationibus probari posset. si hoc prolixitas epistole non uetaret. Hoc etiam expressum est in noua decretali domini pape Gregorii noni. extra de excommunicatione. Quamvis incidens etc. <sup>1)</sup> — Item. damus uobis potestatem commutandi uota omnia in hoc uotum. Item conferimus uobis potestatem conuocandi clericos. maiores. et minores. et laicos. diuites et pauperes ad audiendum uerbum dei. et predicationem crucis. et ad hoc per censuram ecclesiasticam si necesse fuerit compellendi. Omnes etiam qui confluunt ad predicationes uestras recipimus sub protectione beate et gloriose uirginis Marie et beatorum apostolorum Petri et Pauli et nostra. sub interminatione anathematis firmiter prohibentes. ne aliquis quamdiu sunt in eundo ad predicationem uel redeundo. uel ibidem existentes in persona uel in rebus eos audeat molestare. Sane uenientibus ad predicationem uestram potestis dare auctoritate nostra indulgentiam XL dierum. ut sic homines ad predictum subsidium ecclesie efficacius inducantur. ad eundem etiam finem habendum statuimus. ut quicumque adeo diues fuerit. ut et sibi et alteri possit in expensis huius itineris prouidere. si noluerit alteri indigenti gratis in remissionem omnium peccaminum suorum pecuniam mutuare. accepta tamen desolutione mutuate pecunie ydonea cautione. saltem pro moderata sortis superhabundantia mutuet indigenti. hoc sciens quod ecclesia eum ad restitutionem usure sic recepte non coget. Nam talem sue conscientie relinquendum decreuimus in hoc casu. Item secundum statuimus ut illi qui non uult ire contra tartaros. dummodo uires facultatum suarum uel certe secundum arbitrium uestrum det aliquid de rebus suis in subsidium ecclesie. detur eadem indulgentia. que datur ei qui crucis signaculo uult signari. Item ut sollempniter penitentes siue sint homicide siue alii possitis auctoritate nostra reconciliare ecclesie. et absoluere a sollempni penitentia qui ad eam

---

<sup>1)</sup> Corpus juris can. C. 58. X. lib. 5. Tit. 39.

tenentur | et ut sepultis in campo in quibus signa penitentiae in extremis uite sue apparuerunt. et aliqui pro eis signantur. et ut in locis que a nobis interdicta sunt possitis celebrare diuina cum uobis uisum fuerit | crucis negotio expedire. uobis conferimus plenariam potestatem. clericis etiam uolentibus signari signo crucis contra tartaros. concedimus ut possint obligare redditus beneficiorum suorum. ad annum unum | uel duos. ita tamen. si sine tali obligatione non possint necessaria huius itineris comparare. et breuiter omnem potestatem nostram quantum ad hoc negotium pertinet in uos transfundimus ut sic facilius et efficacius negotium ecclesie contra sepe dictos tartaros pertractantes.

Item uolumus ut ordinationem domini Regis de pace seruanda populo nuntietis. statuit enim dominus Rex ut per totam theutonium pax firma et sincera usque ad festum beati Martini presentis anni ab omnibus inuiolabiliter obseruetur. quod si aliquis aliquem cruce signatum in persona uel in rebus propria auctoritate leserit. decreuit dominus | Rex. quod si tales per VII. idoneos testes couinci potest de objectis criminibus uita pariter et rebus tanquam scismaticus et destructor ecclesie puniatur. Quod si forte deprehendi non potest, in | famam tamen et illegitimum ad omnes legitimas actiones. et ut omnia bona sua applicentur fisco regio. statuto suo nuper decreuit in Ezelingen. de consilio principum promulgato.

Sane cum dicat | scriptura cum ignoremus quid agere debeamus. hoc solum residui habemus. ut oculos nostros ad dominum dirigamus statuimus. ut ad placandum dominum. orationes et processiones fiant in nostra dyocesi sub | hac forma. In qualibet missa uiuorum post agnus dei ante communionem dicatur psalmus. Deus uenerunt gentes flexis genibus. et kyrieleyson. christe eleyson. Pater noster. et collecta. Deus a quo sacra desideria. | pulsatis insuper ter campanis. Item. uolumus et mandamus ut in qualibet sexta feria quelibet conuentualis ecclesia infra septa sua processionem faciat. cum VII. psalmis et missam | dicat. hanc scilicet. Salus populi ego sum. Si uero festum in feria sexta occurrerit. processio fiat in tertia uel quarta feria precedente. et ut dominus hiis placatus ab imminente periculo | liberet populum christianum. Nisi quod redemptor etc. Si quis igitur pro defensione nominis christiani et pace pro suorum remedio peccatorum. et ut demum

a populo supplicante propi | tiationem suam dominus non abscidat  
 cruce signari uoluerit contra tartaros maledictos . nos de omnipotentis  
 dei misericordia et beati Martini confisi pro omnibus peccatis suis  
 de quibus | uere contritus fuerit et confessus. damus eidem crucem  
 deuotioni uestre mandantes. ut et uos uice nostra crucis gloriam  
 predicetis. et signetis eos qui desiderant signum crucis. Si | uero  
 deus amouerit a nobis gentem dictam. ita ut conflictus non sit  
 necessarius tum eadem. uolumus ut super absolutionem que ad  
 romanam sedem specialiter spectat. super | furtis. usuris. pariter  
 et rapinis. pro qualitate et quantitate delictorum suorum cruce  
 signati consilium uestrum accipiant. et mandatum. uel uestrum et  
 eorum quibus | in hac parte uices uestras duxeritis commitendas.  
 Demum etiam uolumus quod parrochiani omnes in suis parrochiis  
 cruce subditos suos signent.

*E.* Circa quod prin | cipum est decretum . quod usque ad  
 Natiuitatem christi proximo nunc uenturam omnes cruce signati  
 bajulent crucem suam tam in uestibus quam in corde. et ex tunc  
 de uestibus | qui uoluerint crucem deponant. eam tamen firmiter  
 in corde tenentes. ut si dictos inimicos in nos inuehi contigerit.  
 iterato ipsis continuo resistatur.

*F.* Da | mus etiam et dant archiepiscopus Magdeburgensis et suffra-  
 ganei ejus prelati suis sicut nos uobis plenariam potestatem absol-  
 uendi omnes excommunicatos | secundum formam juris. etiam si es-  
 sent ad Romanam curiam destinandi. Recipimus etiam omnes cruce  
 signatos in personis et rebus et omnibus juribus ipsorum | in pro-  
 tectionem apostolice sedis et nostram. statuantes. ut quicumque  
 ipsos offenderit in predictis. auctoritate sedis apostolice et nostra  
 per censuram ecclesiasticam compes | catis eundem. Insuper et omnes  
 ferent sibi auxilium cruce signati. sicut contra tartaros. uiolentias  
 et injurias repellendo in remissionem omnium peccatorum. De- |  
 cretum etiam est. quod domini spirituales et seculares iudices.  
 quilibet suos homines compellat. ad defensionem terre et fidei chri-  
 stiane . nisi impedimento legitimo tene | antur . Vnde. cum omnes  
 tales oporteat obedire . decretum est. ut ad maiorem securitatem  
 crucis signaculo muniantur. Ad hec omnes captiui et fidejus | sores  
 eorum. et quibuscunque debitis obligati. inducias habebunt usque  
 ad festum beati Jacobi nunc uenturum. et in nullo debito medio  
 tempore crescet | usura. Et quicumque debitorem suum interea uel

post de fide arguere presumpserit uiolata. debet ab episcopis excommunicatione puniri. et a domino seculari qui iurisdictionem habuerit super illum secularem honorum omnium publicatione mulctari. Proscripti etiam et quibuscunque inimicis occupati. si signati fuerint medio tempore pacem habebunt. Volumus igitur quod signentur iuuenes. senes. pauperes. diuites. debiles. et infirmi uiri et mulieres. clerici et laici. ita tamen. quod qui ad iter necessarii non uidentur. de bonis suis fortes et pauperes promoueant ad eundem. secundum nostrum consilium siue uestrum. Omnes igitur qui omnium predictorum uel alicujus uiolatores exstiterint excommunicationi subjaceant. et rerum omnium publicatione perpetua decreuimus puniendos. Volumus etiam et sub excommunicatione precipimus. ut tam in armis. equis. et dextrariis quam in uictualibus et aliis necessariis forum competens et consuetum per totam uestram prouinciam habeatur. Et nihilominus est decretum. quod hac necessitate durante nemo se induat uestibus preciosis. quia in arma et fortes equos est pecunia conuertenda. Hec omnia. etc. Sicut itaque subditis nostris. ita scripsimus et injunximus. ita fraternitatem uestram hortamur et contestamur in domino studiose. quatinus et nos consulentes necessitati nominis christiani in predicatione crucis. et consignatione seruorum Christi. dictum modum in nostra dyocesi obseruetis. ut deus totius christianitatis humilitate respecta super nequitia gentis sue placabilis habeatur. Datum Herfordie 1) VII. Kalendas. Maji. Pontificatus nostri anno XI. 2)

## 2.

## 1243, 5 Augustmonat.

(Archiv der mindern Brüder; jetzt Staatsarchiv Lucern.)

H. dei gratia Episcopus constantiensis uniuersis ecclesiarum prelati per constantiensem dyocesim constituti. geste rei noti-

1) Herford oder Hervorden, eine Stadt in Westphalen, wo eine Benediktiner-Abtei blühte. (Büschings Erdbeschreibung VII. Thl. S. 665, 757.)

2) Heinrich I. wurde zum Bischofe von Constanz gewählt im Jahre 1232, nach dem Tode Conrads, welcher den 16 Herbstmonat erfolgte; denn aus dem Datum der unten folgenden Urkunde (Nro. 2) entnimmt man, daß das 11. Pontificatsjahr Heinrichs das Jahr 1243 war; daher Manlius, Eschudi und Binterim (Geschichte der Concilien) die Wahl Heinrichs irrig in das Jahr 1233 oder 34 setzen.

ciam cum salute. Cum dilecti in domino filii fratres minores ex | indulgentia sedis apostolice speciali quam etiam uidimus fidelium possint audire | confessiones sicut et predicare nos pro confidentia quam dedictorum fratrum profectu | in predictis officiis gerimus antedictam indulgentiam omnium uestrum volumus auribus | inculcare vniuersitatem vestram rogantes atentius et precipientes quatinus in predictorum | officiorum executione que eis libere nosse exequi et generaliter etiam circumscripto. | Super hoc sedis apostolice priuilegio per totam nostram dyocesim presentium auctoritate concedimus | non uexetis eosdem alioquin non poterimus obmittere debitam in rebelles exercere | ultionem. utpote in domini pape indulgentie et nostri mandati transgressores. | Datum constantie anno domini MCCXLIII Pontificatus nostri anno XI. <sup>1)</sup>

## 3.

## 1243, 12 Augustmonat.

(Archiv der mindern Brüder; jetzt Staatsarchiv Lucern.)

Heinricus dei gratia constantiensis episcopus vniuersis ecclesiarum prelati. et parrochialium ecclesiarum pastoribus atque vicariis per nostram Dyocesim constitu | tis eternam in domino salutem. Cum quidam viri religiosi utpote fratres Predicatores et Minores, quorum ordinem et regulam sedes apo | stolica noscitur approbasse. in arcissima paupertate Christo pauperi famulentur. seque totos dedicauerint tam ad extirpendas hereses. quam etiam ad edificandam ecclesiam in fide et in moribus et in omni ecclesiastica disciplina. miramur quod quidam ecclesiarum prelati. et pastores parrochi | alium ecclesiarum quibus erat gaudendum quod dominus nostris temporibus per predictos ordines ecclesiam suam misericorditer uisitauit. | pariter et muniuit. ipsorum priuilegiis et indulgentiis seu concessionibus tam a sede apostolica quam etiam a nobis eisdem indultis. occulte | detrahunt et publice contradicunt. dicentes quod in foro confessionis non possunt absoluere penitentes. et breuiter impediunt eos tam in pre | dicationibus quam in confessionibus fructum animarum facere quem intendunt. Cum

<sup>1)</sup> Ein zweiter ähnlicher Brief ist ebenfalls vorhanden, und datirt Constantie, anno domini MCCXLIII. in vigilia beati Syxti. (5 August.)

igitur constet nobis quod memorati fratres etiam | irrequisitis ecclesiarum pastoribus possunt auctoritate Romane Sedis predicare. confessiones quorumcumque fidelium audire. et in foro confessionis injungere penitentias. et absoluere penitentes. Ecclesie dei minime expediret. Si aure surda fratrum injurias transiremus | permittentes. eorum priuilegia et indulgentias seu concessionem in ruinam ecclesie lacerari. Hinc est quod dilectionem uestram in domino exhortamur. et sub pena officii districte precipimus quatinus ob amorem domini nostri Jesu Christi et reuerentiam apostolice sedis et et no- | stram. a predictis fratrum grauaminibus deinceps omnimodis desistatis. studentes non solum eos in predicationibus et confessionibus non | impedire. sed etiam hilariter et fideliter promouere. Scientes quod etiam auctoritate Sedis apostolice circumscripta. possunt auctoritate | nostra per totam dyocesim nostram predicare confessiones audire et in foro confessionis injungere penitentias et absoluere penitentes. | Datum Constantie. anno domini MCCXLIII. pridie Idus Augusti.

### Erläuterungen.

Im Spätjahre 1240 wälzte sich ein furchtbares Kriegsheer in die Ebenen von Polen. Es bedeckte, so hieß es, zwanzig Tagesreisen in die Länge und fünfzehn in der Breite. Aus der Hölle, dem Tartarus, wären diese Tartaren entsprossen. Alles verwüsten sie. <sup>1)</sup> Es waren dieses die Bewohner der großen Mongoley, im Norden Asiens, <sup>2)</sup> die häßlich, wild und ungebildet waren, nur Zelte von Fellen bewohnten, fast immer zu Pferde saßen, und Katzen, Hunde, Mäuse und anderes Eckelhafte, am liebsten Pferdefleisch aßen.

Kein Mongole konnte lesen oder schreiben. Ihre Götter waren Sonne, Mond und andere Naturgegenstände und ihre Sitten oft

<sup>1)</sup> Raumer, Geschichte der Hohenstaufen. Leipzig 824. IV. Bd. S. 77 ff.

<sup>2)</sup> Ritter, Erdkunde. I. Bd. S. 464, 495, 517. Raumer IV. Bd. S. 66. Neander, Geschichte der christlichen Religion. Bd. V. 1. S. 62. Schloffer, Weltgeschichte. III. Bd. II. Thl. 1. Abthl. S. 266 ff. Leo, Lehrbuch der Geschichte des Mittelalters. S. 617 ff.



thierisch und unnatürlich, mit dem krasssten Aberglauben verbunden.

„Ihre Heere, <sup>1)</sup> so colossal und so unnahbar wie die Hochgebirge und Wüsten Asiens, übertrafen dennoch an leichter Gliederung, an Geübtheit und Schnelligkeit alle Truppen jener Zeit. Entfernungen, die zu erreichen der europäische Krieger drei Tagemärsche brauchte, legte der Mongole auf seinem kleinen und mageren aber ausdauernden Rosse oft in einer Nacht zurück, und gewann so die meisten Erfolge durch Ueberraschung. Doch von der Macht und Stellung seiner Feinde stets wohl unterrichtet, wußte der Chagan auch eine halbe Million, ja 700,000 Mann in eine Schlacht zu führen, wo es galt, die Gegner durch Uebermacht zu erdrücken. Uebrigens trafen die mongolischen Geschosse sicher und drangen so tief ein, daß ein gewöhnlicher Schild dagegen nur selten Schutz gewährte. Doch eben so wenig schüzte friedliche Ergebung und Unterwerfung bei diesen Unholden, die ohne Treu und Glauben heute ihre Opfer mit den freundlichsten Bethörungen und glänzendsten Versprechungen umstrickten und morgen die Bethörten und Entwaffneten mit Hohngelächter zu Tausenden hinschlachteten.“ So hieß es z. B. <sup>2)</sup> bei ihnen sogar eine milde Behandlung, als sie 1220 auf ihrem Eroberungszuge, den sie 1215 mit der Unterwerfung Pekings begannen, nur 30,000 Einwohner von Samarkand todtzuschlugen und eben so viel als Sklaven verkauften und die Stadt plünderten. Denn es war Regel, alle ältern Personen hinzurichten und alle jüngern zu verkaufen, wenn sie einen Ort eroberten. In Kiew hatten sie dem Heere das Leben, und sogar für Lösegeld die Freiheit versprochen. Dennoch hieben sie die Gemeinen nieder und legten die Vornehmen unter Bretter und quetschten sie so bei einem Feste zu Tode. Auf diese Weise kamen sie bis zum Febr. 1241 bis nach Krakau.<sup>3)</sup> Nach dem Brande dieser Stadt theilte Batu, ihr Oberanführer, das auf 500,000 Mann geschätzte Heer (welches den dritten Theil der Mongolen-Militärmacht ausmachte) in drei Haufen. Mit dem zahlreichsten zog er nach Ungarn, ein anderer wurde gerade aus

<sup>1)</sup> Palacky, Geschichte von Böhmen. Prag 839. II. Bd. S. 115.

<sup>2)</sup> Raumer S. 75—77. Schloffer l. c. Leo S. 622.

<sup>3)</sup> Baronius annales tom XIII. ad annum. 1241. No. 16. Palacki t. c.

gegen Böhmen gesendet und einen ließ er nördlich an der Oder hinabziehen.

Den 9 April <sup>1)</sup> kam es auf der Wahlstadt bei Liegnitz zu einer blutigen Schlacht. Heinrich der Fromme stellte sich hier mit einem Heere von Polen, deutschen Ordensrittern, deutschen Freiwilligen und Kreuzfahrern, höchstens 30,000 an der Zahl, dem drei bis viermal überlegenen Feinde muthig entgegen, und starb den Heldentod. Nur wenige retteten sich.

Diese Niederlage <sup>2)</sup> verbreitete einen allgemeinen Schrecken von der Oder bis Sicilien. Die sächsischen Fürsten und Bischöfe hielten einen Tag in Merseburg und beschloffen, das gesammte Volk, Männer, Weiber und Kinder, mit dem Kreuze zu bezeichnen. Wer nicht persönlich am Kriege Theil nahm, mußte wenigstens mit seinem Gute beisteuern.

Den 19 Mai desselben Jahres <sup>3)</sup> erließ König Konrad IV. an alle Fürsten, Grafen und Edle und die übrigen Gläubigen des Reichs in den untern Theilen ein Mandat, worin er sagt, es sei zu Ezzelingen beschloffen worden, gegen die Tartaren das Kreuz zu nehmen, dasselbe zu tragen bis zum Feste des hl. Martin und an der Octav des Festes des hl. Johannes Baptist das Heer bei Nürnberg zu versammeln und von da ohne Zögerung vorwärts zu rücken.

Kaiser Friedrich II. befahl unter dem 21. gleichen Monats den Fürsten, kein Landtreffen gegen die Tartaren zu liefern, sondern die Gränzen zu vertheidigen, Sorge zu den Victualien zu tragen und dieselben an den Ort der Vertheidigung zu führen, Sessischilde anzuschaffen, u. s. f.

Der Erzbischof von Cöln schrieb an den König von England um Hülfe und der Herzog von Brabant an den Erzbischof von Paris. <sup>4)</sup> Und so wurden auch in Frankreich kirchliche Fasten und Gebete angeordnet und das Kreuz gepredigt.

Den 25 Mai trug auch Heinrich I., Bischof von Constanz, seinem Clerus auf, das Kreuz gegen die Tartaren, welche die Mainzer Gränzen anfallen, zu predigen. <sup>5)</sup>

<sup>1)</sup> Sommersberg, Silesiac.-scriptores tom. I. p. 9, 144. Schloffer S. 313 ff.

<sup>2)</sup> Raumer S. 78 ff.

<sup>3)</sup> Monumenta germaniæ histor. edid. Pertz. tom. IV. p. 338.

<sup>4)</sup> Baronius ad A. 1241. No. 12, 13.

<sup>5)</sup> Regesta rer. Boic. cur. Lang. tom. II. p. 318.

Doch ehe dieses Heer sich gebildet hatte, traf eben die Nachricht ein, <sup>1)</sup> daß sich die Mongolen aus Schlesien entfernt haben. Diese wollten nemlich ähnlichen Gefahren von Verlusten entgehen, wie sie bei Liegnitz erlitten und zogen nach Mähren und Ungarn zu ihrem Hauptanführer Batu, mit 9 von Christenohren angefüllten Säcken.

Dasselbst richteten sie vom Jahre 1241 bis 1244 die furchtbarsten Verheerungen an, so daß fast kein Theil des Landes unverwüstet blieb. Die Einwohner jeden Ortes wurden nach Alter und Geschlecht ausgesondert, die Männer niedergehauen, die Weiber von den mongolischen Weibern erstochen oder verstümmelt und zu Sclaven gemacht, die Kinder von den mongolischen Knaben mit Knütteln zu todt geschlagen. Viele wurden geschunden, andern spitzige Hölzer unter die Fingernägel gesteckt und den Greisen ein Pfeil in das Herz gedrückt. u. s. f.

Durch diese schauerlichen Frevel wurde ein solches Elend erzeugt, daß Raubvögel in Schaaren zu den unbegrabenen Leichnamen herbeizogen, die Wölfe sogar in die Häuser eindrangen und Kinder den Müttern aus den Armen rissen, und daß aus Hunger Menschenfleisch öffentlich verkauft wurde.

In solcher Noth flehte der ungarische König Bela um Hülfe bei Papst Gregor IX. und Kaiser Friedrich II. <sup>2)</sup> Gregor bezeugt zwar Bela seine Theilnahme und gewährte schon am 16 Brachm. 1241 allen, die Hülfe leisteten, die nemliche Indulgenz wie den Kreuzfahrern zum heiligen Grabe, und erließ Rundschreiben an die Erzbischöfe, Bischöfe und Kirchenfürsten der Christenheit. Auch der Kaiser versprach zu helfen, wenn er Italien unterworfen hätte. Doch in ihrem Streite konnten sie sich nicht vereinigen, um gemeinschaftlich etwas Kräftiges gegen die Mongolen zu unternehmen. Indessen muß doch in Deutschland und in der Schweiz etwas zur Hülfe für die Ungarn gethan worden sein. So sagt Tschudi: <sup>3)</sup>

<sup>1)</sup> Raumer S. 82 ff. Mosheim historia Tartarorum p. 42. Baronius ad A. 1241. §. 20. In Helveticæ hist. thesauro Chronicon Joh. Vitodur. p. 2.

<sup>2)</sup> Baronius ad A. 1241. §. 9, 32. Raumer S. 83. Leo I. c. Schloffer I. c. S. 309 ff.

<sup>3)</sup> Chronicon. I. Bb. S. 135.

„Desselben Jahres (1241) zügent die Tartarn in Ungarn ein, die Christenheit zu beschädigen, der König von Ungarn ruft alle christl. Potentaten an umb Hülff, do zoch vil Christenvolk Inen ze Hilf und predigt man das Crüz in aller Christenheit wider die Ungloubigen Tartarn. Uß diesem Lande, so man Schwyzerland oder Sidtgnossenschaft nämt, zügent vil herrlicher Lüten. Rudolf der Meier von Glarus zoch ouch, wie daß nachfolgender abgefürzter Brief <sup>1)</sup> uswysst. Der gemelte Meier Rudolf ließ sin Leben in diesem Krieg.“

Und in der *Compilatio chronol.* <sup>2)</sup> wird erzählt, daß im J. 1241 Pappst Gregor das Kreuz predigen ließ, und daß 5000 Kreuzfahrer von den Tartaren in Ungarn und Polen getödtet worden seien. <sup>3)</sup>

Was aber Ungarn von diesen Unholden größtentheils befreite, <sup>4)</sup> war der Tod ihres Großfürsten Dktai, im Jahre 1242. Doch immer blieben sie das folgende Jahr noch den europäischen Christenstaaten gefährlich und trugen zu den Unfällen des heil. Landes bei, so daß sie die gerechte Furcht veranlaßten, daß man keinen Augenblick vor neuen Ueberfällen ihrer Horden sicher sei.

Dieser Gefahr vorzubeugen, erließen <sup>5)</sup> zu Anfangs des Jahres 1243 die deutschen Bischöfe mehrere nützliche Verordnungen, insbesondere der Erzbischof von Mainz, Sigfried III und der Erzbischof von Magdeburg mit seinen Suffraganen. Wahrscheinlich hat eine Besprechung zwischen den Erzbischöfen und Bischöfen der Mainzer, Magdeburger und vielleicht noch anderer Provinzen stattgefunden, wie 1241 zu Merseburg, wo dann beschlossen wurde: es können die Excommunicirten von den Kreuzpredigern absolviert werden; es sollen alle Kreuzfahrer unter dem Schutze des apostolischen und bischöflichen Stuhles stehen und deren Verlezer durch die kirchliche Censur gezüchtigt werden; es sollen ferner alle geist-

1) In diesem Briefe von 1240 (oder eher 1241 oder noch später) 14. Kal. Julii vergab er Horalp, ein eigenes Gut, zur Unterstützung des christlichen Namens und nennt sich einen gegen die Tartaren mit dem Kreuze Bezeichneten.

2) *Scriptores rerum. german. coll. Pistorius. tom. I. p. 1100.*

3) Vergl. *Chronicon Joh. Vitodur. C. 2, 57.*

4) *Raumer C. 143.*

5) *Urkunde 1. F.*

lichen und weltlichen Richter ihre Leute zur Vertheidigung des christlichen Landes und Glaubens anhalten; endlich sollen zu diesem Ende die mit dem Kreuze bezeichneten Gefangenen, Schuldner Geächteten und in Feindschaft Verwickelten bis zum Jakobifeste Ruhe und Frieden haben, und zwar unter Androhung der Excommunication und Einziehung der Güter für die Verlezer. Kreuzfahrer zu werden, sollte Jedermann gestattet sein; denn wer zur Reise nicht geeignet schien, konnte Beiträge von seinem Vermögen leisten. Hinsichtlich der Lebensmittel, Waffen und Pferde mußte der gewöhnliche Preis festgehalten werden, und es durfte Niemand köstliche Kleider tragen, um das Geld auf Waffen und gute Pferde verwenden zu können.

Auch <sup>1)</sup> König Konrad IV. hat zu Eßlingen Verordnungen über die Beobachtung des Friedens erlassen und befohlen, bis zum Feste des heiligen Martin einen aufrichtigen Frieden zu halten; so zwar, daß ein jeder, der einen Kreuzfahrer an seiner Person oder Habe schädigt und dessen durch sieben Zeugen überwiesen werden kann, am Leben und Gut bestraft werde wie ein Abtrünniger und Zerstörer der Kirche; oder wenn man seiner nicht habhaft werden kann, daß er als ehrlos zu allen rechtsgültigen Handlungen unfähig erklärt werde. <sup>2)</sup> Den Kreuzfahrern wurde zur Pflicht gemacht, das Kreuz zu tragen bis Weihnachten und immer bereit zu sein, dem Feinde Widerstand zu leisten, wenn er einen Ueberfall machen würde.

Zur Ausführung dieser Beschlüsse im Bisthume Constanz gab der Bischof Heinrich am 25 April 1243 <sup>3)</sup> dem Custos Anshelm und den mindern Brüdern der Custodie Lacus, oder Ueberlingen, vollkommene Gewalt, gegen die Tartaren das Kreuz zu predigen. <sup>4)</sup> Diese Custodie umfaßte damals die Franziskanerklöster in Lucern, Zürich, Lindau, Eßlingen, Constanz, Paradies und Wonnenstein, und machte mit den Custodien: Elsaß, Schwaben, Baiern, Franken, Rhein und Basel die Straßburger Provinz aus.

<sup>1)</sup> Urfunde No. 1. C.

<sup>2)</sup> Urfunde 1. E.

<sup>3)</sup> Urfunde 1. A. B.

<sup>4)</sup> Waddingus annales Minorum ad Annum 1239, No. 12. Chronica Provinciae argent. Manuscript in der Kantonsbibliothek Lucern II. Bd.

In dieser Provinz nun, so weit nemlich das Bisthum Constantz sich darin ausdehnte, hatten die Minoriten die Vollmacht, alle Gelübde in das Gelübd, das Kreuz gegen die Tartaren zu nehmen, umzuwandeln, alle Excommunicirten zu absolviren, und die Geistlichen und Laien, Reiche und Arme zur Anhörung der Kreuzpredigt selbst mittels kirchlicher Censur anzuhalten. Dem Volke mußten sie die oben angeführten Beschlüsse des Königs bekannt machen.

Auch durften sie denen, die ihre Predigt besuchten, einen Ablass von 40 Tagen ertheilen, öffentliche Büsser, selbst Mörder, mit der Kirche ausöhnen, an Orten, die mit dem Interdikt belegt waren, Messe lesen, die mit dem Kreuze bezeichnen, welche es wünschten, gleichwie die Pfarrer, und überhaupt im Namen des Bischofs alle ihnen in dieser Angelegenheit zweckmäßig scheinenden Anordnungen treffen.

Höhere und niedere Geistliche<sup>1)</sup> beklagten sich zwar über die Ertheilung der vielen Privilegien an die Minoriten, und widersprachen öffentlich. <sup>2)</sup> Allein der Bischof rechtfertigte sich mit der Wichtigkeit dieses Geschäftes, der Noth der Zeit und <sup>3)</sup> mit der Vortrefflichkeit und Nützlichkeit dieser Ordensmänner, <sup>4)</sup> die er sehr begünstigte.

Wer <sup>5)</sup> nun zur Bertheidigung des christlichen Namens das Kreuz gegen die verwünschten Tartaren zu nehmen bereit war, konnte entweder nach seinem Vermögen einen angemessenen Beitrag leisten, oder auf angemessene Caution den Dürftigen die Reisekosten anleihen, jedoch ohne ein kirchliches Recht zu haben auf Vergütung des Zinses; oder er konnte persönlichen Antheil nehmen. Den Geistlichen wurde gestattet, die Einkünfte ihrer Pfründen auf ein oder zwei Jahre zu verpfänden, wenn sie sonst die Reisekosten nicht bestreiten konnten.

Jedem war auch Nachlassung seiner Sünden, wenn er sie bereue und bekenne, der Schutz der hl. Jungfrau, der hl. Apostel Petrus und Paulus und des apostolischen und bischöflichen

1) Urf. Nro. 3.

2) Urf. 1. B.

3) Urf. Nro. 3.

4) Urf. Nro. 2. und 3. Chronica tom. II. S. 248.

5) Urf. Nro. 1. B.

Stuhles zugesichert, und dessen Beschädigern der Bann angedroht. Endlich befahl der Bischof auch, <sup>1)</sup> daß, um Veröhnung von Gott zu erlangen, in seiner Diocese Gebete und Processionen gehalten werden. In jeder Messe für die Lebendigen nemlich solle der Priester zwischen dem Agnus Dei und der Communion knieend und unter dreimaligem Glockengeläut den 78sten Psalm „deus venerunt gentes“ das Kyrie eleison und Paternoster beten, sammt der I. Oration aus der Missa de Pace. Eben so mußte jeden Freitag in allen Conventualkirchen der Franziskaner eine Procession unter Abbetung von sieben Psalmen gehalten und die Messe pro quacunq̄ necessitate gelesen werden. Wenn aber auf den Freitag ein Feiertag fiel, mußte die Procession am Dienstag oder Mittwoch vorher mit der Messe (?) „Nisi quod redemptor“ gehalten werden. So trafen also die deutschen Fürsten und Bischöfe, vorzugsweise der Bischof von Constanz, ernstlich Vorforge, um neuen Ueberfällen von den Mongolen kräftig begegnen zu können. Jedoch zur Ausführung dieses veranstalteten Kreuzzuges kam es nicht, da bis zum Jahr 1255 die Mongolen das Abendland nicht mehr überfielen. Viele zogen aber in den folgenden Jahren den Christen des Morgenlandes gegen dieselben Feinde zu Hülfe.

---

<sup>1)</sup> Urf. No. 1. D.